

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventivn

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0162

**LOG Titel:** De Psittaco Troquato Macrouro antiquorum. Cap. XII.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

# DE PSITTACO TORQVATO MA. crouro antiquorum. Cap. XII.

**Qui Psitta  
ci. & quan  
do in Euro  
pā portata.**

**Magnitu  
do.**

**Rostrum.  
Oculi.  
Caput.**

**Torquis.  
Venter.**

**Cauda.**



Escriptis delineatisq. iam magnis (quorum alijs cauda longa erat, alijs brevis) & mediocribus (quibus curta, vel saltem nō ita longa, vt in subsequentibus) nunc minores macrouros, hoc est, quibus prolixa cauda est, enarrare tēpestium est, inter hos primum illi locum dedimus, qui veluti torque in collo exornatur, cetera viridis. Hic omnium Psittacorum primus ex India in Europam allatus, antiquis longo tempore solus cognitus fuit, nēpe à temporibus Alexandri Magni ad Neronis aetate vñq. à cuius exploratoribus, teste Plinio, alibi quoq. nempe in Gagaua Aethiopiae insula conspecti sunt. Quod autem ab antiquis, quorum verba in generali descriptione retulimus, nō exactè describatur, nos vivis suis eum coloribus ad vnguentum, & ad naturæ imitationem exprimamus. Anis est sesquidrantem longa. Rostro toto minaceo colore est, crassusculo. Iris oculi lutea, pupilla nigra Caput, & corpus reliquum omne viret, sed collum, pectus, & pars tota inferna, & prona dilutiū, cetera plenius. A rostro inferiori sub mento linea ducitur deorsum nigra ad pectoris vñq. initiu, quæ vñq. ad colli latera abiit, donec cum circulo, seu torque illo minaceo, qui posteriorem ceruicem, & collum cingit, ad latera coeat. Est torquis is retrō ad minimi digiti latitudinem, ad latera tamen paulatim gracilescens. Venter adeo diluto viret, vt flavescente penē videatur. Alarum pennae extimæ, ventri proximæ, obscuro, & fusco viretes, circa medium in superiori parte rubra nota distinguntur. Cauda binos propè palmos longa, è flavo similiiter virescit. Tibiæ, & pedes cinerei sūt. Vnde haud rectè sola torque minacea cum distinguere Solinus refert, cùm, & rostro rubeat, nec Apuleius extimas virete palmulas vertet, sed dicit ob pedes cinereos, nisi aliam huius generis ab ijs descriptam arbitremur. De hoc intellegendum puto illud Ouidij.

*Tincta gerens rubro Punica rostra croco.*

# DE PSITTACO MINORE MACRO- uro, toto viridi. Cap. XIII.

**Magnitu  
do.**  
**Rostrum.**  
**Oculi.**  
**Color.**  
**Venter.**  
**Cauda.**  
**Pedes.**  
**Scincialo.**  
**Parochino.**  
**Petit Paro  
quet.**  
**Sciasibi.**



Ongitudo huius par est cum proximo, sed minor corporis moles. Neq. enim totus Turdo maior est. Rostro rubro, parte præsertim superna. Acies tamen, & inferna pars è rubro nigricant. Oculi pupilla nigra, Iris rubicunda, & crocea. Corpus reliquum herbaceo vatore amoenum, venter tamen dilutiore, satutiore remiges. Cauda angusta penē extremo acuminata dodrantem ferè longa. Pedes huic, & tibiæ contraria atq. ceteris omnibus rubicundi, aut carnei. Hic peculiariter Scincialo dicunt in Hispaniola noui orbis insula, in qua reperitur. Italis ob pusillam staturam Parochino, & Gallis etiam, vt vuln. Bellonius Petronquet, vel potius, vt ego credo, petit Paroquet. Vox enim hac, à qua vniuerso Psittacorum generi, quidam nomen indidere, etiam maximis illis, quos bicubitalis esse diximus, pronunciatur sola, mutis alioquin, & nomen tantum suum à natura sonare doct's Hosce longioribus caudis Indos Sciasibi indigitaré aiunt.

# DE PSITTACO ERITROCHLORO Macrouro. Cap. XIV.



PSITTACI huius iconem Iaponenium reguli Gregorio decimotertio, ad quem obedientiam suam, suorumque monstraturi venerant, pro singulari munere inter alias avium illarum regionum icones obtulerunt, vt ex Illustrissimo Marchione D. Cesare Fachinetto, amplissimo nostræ urbis Senatore intellexi, qui eas à patruo suo Innocentio Nono Pontifice Maximo dono accepterat. Psittacus iste inter mediocris magnitudinis Psittacos enumerari debet. Longitudo enim cum superiori termè par, at color diuersissimus, vt ex collata vtriusque descriptione